

22

MEDITATIONES BOTANICO-MEDICAE DE PLANTA QVADAM MARCHIAE PROPRIA **PIMPINELLA NIGRA,**

QVIBVS DEMONSTRATVR,
ILLAM IN MVLTIS MORBIS INSIGNEM POSSI-
DERE VIRTUTEM ET EFFICACIAM, PERTRACTATAE
ET EDITAE

A
L. IOHANNE ANDREA HARNISCH
MED. PRACT. GERAN.



LIPSIAE
Sumtibus HAEREDVM LANKISIANORVM
CIOCCCLVIII.

MEDITATIONES BOTANICO-

MEDICAE

DE

PLANTIS GARDINI MARCIAE PROPRIA

PIMPERELLA NIGRA.

OLIDA DEMONSTRATIVA

ILLUMINATISSIMOSSIS INSIGNIAE SOCI

DEBACULATISSIMA ETICCLIA SERTRACETATE

ET CULTA

A

E IOHANNE ANDREYA HIRNISCH

MED. PRAGT. GERMAN.

1751

1751

1751

1751



PRAEFATIO.

Omnipotens Deus occulta sua & immensa sapientia ac benignitate non omnes easdemque herbas & plantas in unum idemque plantauit locum, sed unam in hunc, alteram in illum collocauit, quae rursus inuicem tan ratione figurae, quam ratione coloris, odoris, saporis & effectus sunt distinctae. Vna enim p[ro]ae altera vel alios habet flores, vel alia possidet folia, vel alios profert fructus & semina, vel aliis gaudet radicibus, id quod animaduertimus, si prata, si agros, si sylvas et si hortos exspatiamur. Benignissimus autem creator ex nulla alia id fecit causa, quam ut haec omnia homini bus, in eorum usum alias condita, in hac vel illa necessitate inseverian. Plantas exoticas & quae in quatuor mundi exescunt plagi no attingam, dum hic vel illic reprehenditur herba in hac vel illa necessitate utilis atque p[re]aprimis accommodata. Exempli loco sumat Lignum Guajaci & Radicem Chinal, quae duae species inueniuntur in India & Sicilia, ubi morbus regnat neapolitanus bodie venereus & ius. Nonne in hoc affectu aliquisque impuritatibus sanguinis sint timida yemedia sanguinem depurantia? Quin quina



A 2

quin

PRAEFATIO.

quina & Schaccorilla duae arbores in regione crescunt peruviana,
vbi febres variae praeferrim intermittentes sunt quasi endemicæ.
Nonne in ejusmodi morbis egregia sunt medicamenta antifebrilia?
Et Coblearia copiose & quasi silvestris reperitur in Belgia, vbi
scorbutus homines frequentius torquet atque adficit. Nonne scor-
buticorum sit solatum & sic porro? id quod B. D. Abr. Vater in
Progr. de Incrementis artis medicæ ex remedis exoticis nouiter de-
cetis expectandis aliisque optimè pertractarunt. Sed tantum illas
plantas, quæ in Germania locis hinc inde crescunt allegabo, & hic
vel illic eo progerminant, ut huic pœ altero sint utiliores magis-
que necessariae. Inter pœculares plantas etiam reservur PIMPI-
NELLA NIGRA, quam in pœsentis tractatione contemplabor
& ideo pœcularem nominino, quia non obique, sed in pœculariis in-
veniuntur locis & quæ quamplurimas herbas vi & efficacitate in dñer-
sis pœcularibusque affectibus pœuliariter praecedit. Affrum r-
um vel nibil de illa in autoribus exstet botanicis, ego autem lego
temporis usu utilitatem ejus in prœci medica percepimus, b'lo in
hoc scripto B. L. communicabo & ita toram bujus nobilissime plan-
tae naturam, essentiam, principia constitutiva atque usum eratela-
bo. Scriptum hocce ut benigne accipiat & leuiter repr endat B. L.
amicus rogatur. Inter ea Deo ter optimo terque aximo pro
planta hac optima sit laus, honor & glo-

ria sempiterna.



§. I. I.



In hac tractatione botanico-medica *Pimpinellam Nigrum* vilem quidem & multis adhuc ignotam plantam considero, quae autem praestantioris & magnificae virtutis & effectus est, & digna, ut publice notetur, id quod iam iam in selectis medico-Francofurtensibus cis Viadrum editis paucis indicaui, vbi aliqua de hac planta & quidem Tom. II. vol. IV. obseruat. IV. p. 307. & Tom. IV. vol. V. obseruat. IV. p. 370. incidenter proposui & duos casus notabiles, unum de *Hydropico*, alterum de *Erysypelate suppuratione* & exulcerato feliciter hac sanatos simul inferui. Quippe nullus autorum, nisi *Zornius* in *Botanologia*, *Tournefortius* in *Historia plantarum*, *Elsbolzius* in *destillatoria curiosa* & *Purmannus* in *chirurgia* illius breuibus meminerunt atque commendarunt, quem usum autem, nescio, qua causa haec tenus neglectum & quasi obsoletum factum iterum patet faciam.

§. 2.

Mos est inter optimos quosque & celeberrimos rei herbariae scriptores, ut quando plantae cuiusdam paulo uberiorem explicationem instituere secum constituerunt, initio statim onomareologiae rationem habendam esse existimarent. Quod quidem institutum licet circa exteriorem tantummodo rei canticum versetur, eo minus tamen videtur negligendum, quo plus exinde utilitas in ipsam realem tractationem redundare potest. Quam ob causam a praesentis meditationis botanicae scopo alienum

A 3

num

num esse haud facile quisquam iudicabit, si quanta id quidem
 breuitate fieri poterit Pimpinellae *cicero* generalem prius in-
 dicauero, quam ad plantae huius naturam, vires visumque me-
 dicum rimanda me accinxero. Quod itaque onomatologiam
 Pimpinellae attinet, illa a latinis nominatur Pimpinella nigra pro
 differentia albae, ut infra pluribus proferam. Verbum Pimpin-
 nellae in genere est latinum & deriuatur a bis & pendo, sive
 penna, quasi dicas bipennula, quae denominatio deducitur a
 foliorum structura, quam pimpinella habet, quia duo folia re-
 sta e regione pendent, seu folia in vtroque latere sunt instar pen-
 nae, vid. *Zeckers Einleitung in die Botanik* 2 Theil. pag. 410.
 Et *Petr. Andr. Mathiolus* in *Apolog.* ad *Amat. Lusitan.* p. 34.
 scribit: Haec nobis pimpinella vocata iunceis constat caulinulis
 foliis vtrinque pinnatis sive a bipinnitis caulinulis, vnde postea
 corrupta appellatione Pimpinella est vocata. Falso autem uti ci-
 tatus autor vterius sentit pimpinella nominatur eo, quod odo-
 re fit citruli, quem Hispani pipinum vocant, id quod *Amatus Lusitanus* vult. Ast cum nullo citruli odore vel sapore fit praedi-
 ta, cur Amati sententiam probem non video. Alii appelle-
 lant Pampinulam sive Pampinellam & deriuant a verbo substanti,
 pampinus, qui dicitur tener frontosusque in vite coliculus,
 quia pimpinellae coliculi sive teneres ramusculi pampinorum
 similitudinem imitantur & instar pampinorum pendent vii in vi-
 te. Alii vocant Pipernellam & deducunt a radice acri, que
 instar piperis acrem habet saporem. Hinc non inepte etiam no-
 minatur piper germanicum, quia gulfu & viribus piperi respon-
 det, vid. *Iob. Rauii. Histor. plantar.* & *Iob. Christ. Buxbaunii Enu-*
merat. plantar. p. 261. Alii etiam cognominant Bibenellam
 & abducunt a verbo bibere, quia radix ejus acriis efficit biba-
 citatem, dum bibaces, si illam radicem masticant, eo melius bi-
 bere possunt. Germanice dicitur Bibenelle, Pimpenelle, Vie-
 servur. Sed cum latina pimpinellae denominatio in offici-
 nis praeprimis visitata diuque recepta sit, reliquae a contrario
 inusitatae & corruptae mihi videantur, prior etiam prae poste-
 rioribus melior ac conuenientior censetur, vid. D. *Heinrich*
 dīs.

diff. Altorf. habita de pimpinella alba & D. Hertii Prof. Gieſens. diff. de pimpinella saxifraga.

§. 3.

A botanicis recentioribus *Tournefortio* nempe aliisque salutatur *Tragofelinum*, quod est verbum graecum compositum τὸ τραχυστέλλων & deriuatur a verbo substanti: ὁ τράχης hircus & substanti: τὸ σέλινον apium; hinc dicitur *Apium hircinum* ad differentiam aliorum generum Apii, ut τὸ ἀγροστέλλων apii sylvestris, τὸ ἐλεοστέλλων apii palustris, τὸ πιποστέλλων apii sativi, τὸ ὄρεστέλλων apii montani & τὸ περγοστέλλων apii petraei seu petroſelini optime adnotante *Petr. And. Marbiolo* in comment. ad *Dioscorid.* oper. p. 564. Eo enim *Tragofelinum* seu *Apium hircinum* appellatur, quia herba haec vel hircis cibus est suauissimus, vel folia illius autumno odorem habent hircinum. Hinc non nulli vt *Manardus Ferrariensis*, quia folia eius odorem spargunt, vt folia petroſelini grauem, nominant petroſelimum hircinum; fed falsum est, dum apium macedonicum saxatile cum illa herba confundunt. Ab aliquot autoribus, vt *Iob. Schroeadero* in *Theſaur. pharmac. chymic.* p. 1014. & *Dodonaeo* in lib. I. de purgant. P. 1. p. 496. scribitur τὸ τραχυστέλλων, vbi σι mutatur in ζ per anthesin & dialectum atticam. Alii etiam scribunt τὸ τραχυστέλλων per χ & deriuant ab adjectu graeco τραχύς asper, scaber, salebrosus, agrestis & τὸ σέλινον apium & ita nominant *Apium petraeum*, *Perrapium*, quia in locis asperis, scabris, salebrosis & agrestibus crescit. vid. *Iob. Scapulæ Lexicon* graeco latinum. Ast cum denominatio τὸ τραχυστέλλων per γ, apud botanicos & graecos diu recepta sit, quam illa per χ, prior quoque retinetur, quamvis posterior locum indicet natalem. Alias *pimpinella saxifraga hircina* & *petrafindula* a quibusdam vt *Casp. Baubino* in *Pinac. Cur. Cluſio* in histor. stirp. *Corr. Gesnero* in hort. germ. & *Dodonaeo* in histor. stirp. appellatur & quidem eo, quia in locis non modo crescit saxofis, sed & petra seu calculos findit & pellit. Sed a *saxifraga alba* verna discrepat tam ratione florum, qui in illa sunt pentapetalii regulares in pimpi-

nel-

nella e contrario saxifraga dicta pentaperalis regulares & vni
 bellati, quam ratione radicum, quae in hac sunt perfectae & si
 brosae, in illa autem bulbosae & quasi diffusae. Cognomentum
 enim saxifragae pimpinellae hanc ob rationem a Medicis & Bo-
 ronicis est additum, quia haec planta in locis crescit saxosis &
 calecum pellendi haberet vim atque effectum, id quod optime
 adnotat Petr. Andr. Matbiolus in comment. ad oper. Discorid.
 lib. IV. c. 695. dum scribit: „Coeterum sunt & alia herbarum ges-
 „nera, quae sub saxifragae nomenclatione vulgaribus demon-
 „strantur, nempe Trichomanes, Adianthum, Asplenium, Fili-
 „pendula, Massiliense Selsi, Pimpinella, quae hircum redoleat &
 „aliae plures herbae, quae ideo saxifragae nomine insigniuntur,
 „quod omnes virinam cieant & calculos frangant pellantque.“ A
 nonnullis, sed falso, vocatur Tragium alterum, ut a Fab. Co-
 luma in Ecphras. plantarum, quia folia ejus tempore autumni
 hirci virus olenet & exinde nomen Tragii adoptauit, sed hoc ne-
 gat Petr. Andr. Matbiolus in comment. ad oper. Dioescorid. lib.
 IV. p. 728. dum scribit: „Adducor, ut ab iis plane dissentiam,
 „qui putant Tragium hoc eam esse plantam, quam quidam pim-
 „pinellam, quidam vero ab odore saxifragiam hircinam appel-
 „lant.“ Nam Tragium est species exotica, quae in insula Creta
 crescit & ad frutices lentisco similes pertinet. Plinius I. 13. c.
 21. ipsum fruticem therebintho similem reddit & lib. 27. c.
 vlt. idem juniperō assimilavit. Germanice alias vocatur Steinep-
 pitch, Bockspeterlein. Hier. Tragus in lib. de Stirp. de pimpinellae
 denominatione p. 167. ita scribit: „Hilf Gott, was hat diese
 gemeine Wurzel sich müssen leiden bey den Gelehrten, haben alle darüber
 gepimpt und gepampelt, doch nie eigentlich dargethan, wie
 sie bey den Alten heißt, oder was es sei. Einer nennt sie Bibinel-
 lam, der andere Pimpinellam, Pampinellam, Pampinular, Bipen-
 nulam, der andere Petrafindulam und Saxifragiam & coet.“

§. 4.

Haece autem omnia quae iam iam dicta sunt nomenclatu-
 ram pimpinellas generalem modo tangunt, nunc scopus medi-
 tati-

rationis nostrae botanico medicæ requirit, ut ad plantam illam,
de qua agimus nos conuertamus illiusque denominationem
consideremus specialem, & videamus quo nomine illam desi-
gnent botanici. Vocatur ergo pimpinella nigra; A D. Laur. Hei-
stero in Enum. plantar. hort. Acad. Iul. p. 12. & 15. nuncupat-
tur Pimpinella radice nigra & Tragofelinum radice nigra
A D. Jobrenio in Hodego botan. & D. Carl. Aug. de Bergen in
Flor. Francofurt. p. 180. appellatur Tragofelinum coeruleum ra-
dice succum coeruleum fundente. A veteribus botanicis se-
cundum Lonicerum, Dioscoridem & Cordum denominatur
Caucalis seu pimpinella birtula item Daucus selinoides seu pasti-
naca gallica. A Val. Cordo nominatur etiam Daucus cyanopus
vid. Clas. Baubin. Pinac. germanicae appellatur schwartz Bibinel-
le, Blauwurzel & vulgo seu corrupte ab incolis Marchiae
Say & Bibenelle. Istas autem denominations praesertim
priora partim a colore, partim ab essentia radicis vel exter-
nae vel internæ proueniunt, dum radix eius extrinsecus fibro-
sa est coloreque obscure fuscō & per exsiccationem nigro praedi-
ta, hinc pro differentia pimpinellæ albae cuius radix extus
flava & intus alba acceptit cognomen radicis nigrae. Et cum
nostra planta intrinsecus succo coeruleo seu instar cyani abun-
det, qui mediante destillatione per alembicum aquam non mo-
do saphirinam, sed & oleum instar chamomillæ coeruleum
transmittit & ad aquas vitae coeruleo colore gratissimo tingendis
a destillatoribus & tabernatis Francofurtensis usurpatur
cognomentum hœc Tragofelini coerulei seu Dauci cyanopi
Blauwurzelideo est nacta, nec ad genera Daucis, ut in differen-
tia monstrabitur haud pertineat. An autem sit esca suum, an
plebs nomen in Marchia corrupuerit, quia Say & Bibenelle
dicunt, adhuc est inquirendum? B

disse-

Quid autem frequentius est in botanicis, quam plantas vi-
dere uno nomine gaudentes diuersam tamen faciem, si non quoad
totum, saltem quoad partem reforentes. Hinc multum interest



differentiam plantarum in materiae medicæ selectu probe nosse,
 ne quid pro quo, salsum pro vero accipiamus & simplicia
 eodem nomine gaudentes pro iisdem habeamus. Attamen cum
 passim idem nomen pimpinellæ nigrae alis quoque tribuatur
 plantis, illas hoc loco memorare consultum est. Differentiam
 itaque pimpinellæ nigrae quod refert, veteres botanici, ut supè
 rius diximus, sub illa intelligunt Daucum sylvestrem quem seli-
 noidem appellaruat, item pastinacam gallicam, quia pimpinella
 radicem habet nigrā et Daucus seu pastinaca gallica atro-ruben-
 tem. Sed ab utrisque differt tam ratione generis, quam ratione spe-
 ciei. Quippe Daucus sylvestris & Pastinaca gallica sunt species Sta-
 phylini, quod recentiores botanici praeprimis D. Car. Aug. de Bev-
 gen in Fl. Francof. p. 183. staphylinum quartum nominat. Accedit
 & hoc quod Daucus & Pastinaca gallica seu Staphylinum quar-
 tum radicem possideat atro-rubentem, pimpinella e contrario
 nigra nigrā atque coeruleam contineat. Cognomentum autem
 selinoides idem est ac selinum sive apium, quod est planta
 sui generis. Nonnulli etiam antiquorum botanicorum pro pimpi-
 nella nigra agnouerunt Caucalin, quam ob radicem hirsutam pim-
 pinellam hirsutam vocarunt. Sed illa iterum vel quoad genus, vel
 quoad speciem a planta nostra longe distat, dum est species chaero-
 phylli seu Myrrhidis sylvestris, quae quamquam radicem habet
 hirsutam, attamen non uti pimpinella nigra nigrā, sed albā.
 Aliquot priscorum medicorum pro pimpinella nigra ob radi-
 cem nigrā sunt quoque Seseli pratense, quod aut etiam bo-
 tanici Cervariam nominant. Sed tam genere quam specie a
 pimpinella differt & est oreoselinum apii folio. Nam licet ra-
 dice nigrā sit praedita, attamen hoc gaudet modo quoad exter-
 nam non quoad internam ut pimpinella nigra faciem. An po-
 liater ille celeberrimus geranus D. Thomas Reinesius in peculiari
 scrip̄to germanico, quod sub titulo consilium pestis prophyl-
 acticum edidit oder Rath und Bericht was männlich bey izo
 gräßigender Pestseuche sich vor derselben zu bewahren auf gnädigen
 Beschl des Hochgebohrnen Herren Heinrich des Jüngern Römischen
 Kaysel. Raths für die Herrschafft Gera verfertiget und gedruckt zu
 Gera

¶ * ¶

Gera 1625: cui additum est auctarium ad studiosos botanices de
radicula Elsenich Elsenichium seu oelnizium, quod alii Daicum
palustrem, seu pimpinellam aquaticam vocant, sub pimpinella
nigra intelligat, adhuc inquirendum est, dum hoc non tantum
in oppido Voilandiae oelnizio dicto, sed & paeprimis in Pome-
rania Marchia vicinisque locis inuenitur & a Matbaeo Flacco
Physico Berolinensi in pestilentia commendatur, ubi ille autor in
tract. german. de pefte a. 1565. edito part. II. c. 13. ita scribit:
Die Wurzel welche etliche althier Elserick heissen, ist bewahrt von
vielen Sterben, und zu Berlin wohl bekannt. Atramen credo,
hoc pertinere ad species Apiorum palustrum sive Eleofelino-
rum. Et quamvis hoc cum pimpinella nigra floribus & foliis
concurrat, cum radice tamē minime conuenit, dum Apium
palustre seu Eleofelinum non vti Pimpinella nigra radicem ha-
bet nigram, sed albam, quae lactescit & apud botanicos ad spe-
cies Thysselfii pertinet. Accedit & hoc, quod neque Thomas
Reinesius, neque Matbaeus Flacus radicem hancce quoad co-
lorem accurate descripserint. Interea laudandi sunt hi duo Me-
dici, vt illius fecerint mentionem, quod vterius a botanicis
indagandum esse iudicamus. Tandem Pimpinella nigra differt a
Pimpinella sanguisorba tam genere, quam specie. Foliis qui-
dem & radice rufa aliquo modo cum nigra conuenit, hinc &
D. Laur. Heisterus Prof. Helmstad. in Indice plant. horti aca-
dem. Julian. no. 4. p. 12. hanc nominat Pimpinellam radice ni-
gra folio sanguisorbae, sed tam ratione floris, quam ratione ra-
dices a nostra pimpinella longe discedit, dum flores sanguisor-
bae sunt monoperali regulares & iuxta quosdam tetraperali ra-
dixque ejus existit rufa, flores e contrario pimpinellae nigrae
sunt pentapetalii irregulares & vmbellati. Specialiter autem pim-
pinella nigra ratione radicis quoad colorem differt a pimpinel-
la alba. Nam sicut alba externe flauam & interne albam possi-
det radicem, ita nigra extus nigra & intus coerulea gaudet, id
quod iamiam superius indicauimus. Vtraeque quoque diffe-
rent ratione loci natalis, dum alba ubique & in diversis, nigra
ex aduerso in certis crescit locis. Et quamquam ratione flo-

■ ■ ■

rum & foliorum initicem aequales, attamen folla pimpinellae nigrae obscure sunt viridia & splendentia. Imo ratione saporis & odoris nigra differt ab alba, dum haec acrioris, illae e contrario mitioris saporis est odoris sue suauioris. Duea dantur Pimpinellae nigrae species vel major vel minor vti alba, quam differuntiam nullus botanicorum praeter B. D. Andr. Ottom. Goelicke & D. Ant. Phil. Queitsch medicos duos Francofurti cis Viaducti celeberrimos, cum quibus commercium litterarum circa hanc plantam instituimus adnotarunt, utiliterae & responsiones hinc & illinc eo transmissae id testantur, quas infra indicabimus & adnectamus.

Praefata sic nominis evolutione ad ipsam nunc pimpinellae nigrae faciem suis quod dicitur coloribus depingendam accingimur. At vero ne absque ordine ac methodo negotium hoc suscipiamus, non inconsultum erit ab ipsa statim descriptione collectiua eaque characteristica ceu prima saltim delineatione accuratori dehinc penicillo adumbranda id ipsum ordiri. Facilius id sit si ad flores & fructus seu semina primario respiciamus, hinc & ad reliquias plantae partes folia nimirum & radices, si illae haud sufficienter, adrendamus, vbi talia signa reperiuntur characteristica, quibus facile planta haec vel illa distinguenda potest. Signa itaque pimpinellae nigrae quod spectat characteristica illa statim fiunt manifesta, si totam plantam tam quoad florem, quam quoad semen, folium & radicem examinamus & anatomice consideramus, dum haec ad umbellatarum seu umbelliferarum pertinet classem. Quippe illa flore constat pentapetalo irregulari umbellato candido sive rosaceo umbellato, cuius calyx vniuersalis nullus peculiaris ex multis & lati foliis factus est, vti D. Albert. de Haller adnotauit, qui semina habet nuda, gemella solida striata parua & alis coronata, caulis autem illius ex foliis seu pinnis subrotundis laciniatis circumferratis varieque & multiformiter diuisis obscure virentibus & splendentibus formatus & radix eius e fibrillis prolixioribus extus fuscis & nigris,

gris, intus coeruleis succum coeruleum manantibus gustu mirioribus & odore suauioribus est conflata. Quid 1) flos pentapetalus irregularis vmbellatus seu vmbelliferus sive rosaceo vmbellatus sit, botanici in scholis docent atque demonstrant. Quippe flos pentapetalus irregularis vmbellatus secundum methodum Riuinianam est ille, cuius partes inaequali nexus cohaerent, qui quiuis petalis vel foliolis reuera distinctis instructus & quasi aggregatus est, vbi plures flosculi uno receptaculo continentur, corollumque sive limbum vel auleum irregulare habent, & flos rosaceo vmbellatus, vti *Tournefortius* describit, est ille, qui in orbem instar rosae est positus, vbi plures flosculi pentapetali rosacei pediculo insident & in capitula quaedam colliguntur, pediculis longioribus innixa. Et eiusmodi flore, vti omnes plantae vmbelliferae sunt praeditae, ita praeprimis pimpinella nigra gaudet, si folia & partes eius omnes accurate separamus. Clar. D. D. *Carl. Aug. de Bergen* in Flor. Francof. p. 180. hunc florem ita describit, dum dicit: quod si vmbella vniuersalis figura incerta. Quid 2) autem Illust. ille D. *Alb. de Haller* in Flor. Jenens. Ruppian. p. 286. per calycem vniuersalem nullum peculiarem intelligat, quem floribus pimpinellae generaliter adsignat, id illustrat citatus autor D. D. *Carl. Aug. de Bergen* in Flor. Francof. dum l. c. inquit: Pimpinella nigra habet inuolucrum vniuersale nullum partiale polyphyllum & petala inaequalia secundum *Linnaeum*, Calyx enim quia *Riuino* perianthium & a *Linnaeo* inuolucrum nominatur, est pars floris posterior crassitudine quadam notabili a pediculo distinguita. Hocce calyce quidem seu perianthio & inuolucro planta non penitus carent vmbelliferae, sed illo praeditae sunt, vt alii flores; at tamen ille non ita animaduertitur & crassitudine notabili distinguatur, quia quasi continuus est & ex multis paruis & latis conflat foliis, qualis structura in Pimpinella nigra etiam obseruatur, vid. D. *Casp. Bosi* progr. de calyce *Tournefortii*. Sicut autem sola signa florum characteristicā ad plenariam plantarum haud sufficiunt cognitionem, sed alii quoque characteres & quidem seminum seu fructuum simul in subsidium sunt vocandi,



quia omnes plantae suis gaudent seminibus, quae peculiari signantur charactere, ex quibus tota quanta est futura planta regeneratur, & in quibus eadem antehac delitescebat, quaque reliquarum partium essentialium productioni inseruantur, optime adnotante D. Ant. Guil. Plazio Prof. Lips. in progr. de planitarum feminis; ita etiam id obseruandum est in pimpinella, quae semine etiam gaudet peculiari tale indicans signum, quale habent semina plantarum umbelliferarum. Quippe pimpinella possidet semen nudum solidum gemellum paruum striatum aliisque coronatum. Quid per tale semen intelligatur, omnes narrunt botanici. Semen enim nudum & solidum dicitur, quod pappo seu lanugine caret, durum est, neque capsulis sive pericarpis inclusum. Semen aureum gemellum & paruum vocatur, ubi calyx floris in duo grana abit exigua. Et semen striatum aliisque coronatum nuncupatur, quod striae & sulcos habet, in cuius apice sunt aliae instar corona, si microscopio obseruantur. Et semen ita signatum, ut omnes plantae umbellatae, ita etiam pimpinella possidet nigra. At non a flore & semine tantum, sed etiam a foliis planitarum notae desumuntur characteristicae, quia in non paucis plantis folia propter singularem figuram, dispositionem, structuram, texturam aliae notabilia accidentia haud raro melius quam flores & semina exigua in conspectum prodeunt vid. D. Laur. Heisteri Prof. Helmst. diss. de Foliorum utilitate in constituendis plantarum generibus iisdemque facile cognoscendis. Tale autem signum characteristicum in pimpinella petitur a foliis pinnatis. Caulis enim illius sive prima pars plantae botanicis virga dicta, si ineunte vere e radice emergit, initio habet parua foliola superius etiam tenuissima, quae tandem in folia laciniata seu pinnos varie & multiformiter diuisos, qui quasi repraesentant serram, abeunt; Petr. Andri. Matthiolus in comment. ad oper. Dioscor. p. 729. folia pimpinellae ita describit, dum inquit; folia quae ad radicem sunt circumquaque solo procumbant, pluribus ex uno pediculo vtrinque emergentibus diflectis, per ambitum ferratis caule quadrangulari, sic interdum carui instar minutissime lacinantur. Excell. Alb. de Haller in Flor.

❧ ❧ ❧

Flor. Jenenf. Ruppian. p. 285. ita describit, dicens: Folia pimpinellae sunt qualia sanguisorbae similia varie & multiformiter diversa. Et Clar. Carl. Aug. de Bergen in Flor. Francof. p. 180. haec folia nominat pinnos semilobatos subrotundos & circumferatos. Folia autem pinnata seu pennata & pinni apud botanicos sunt, vbi bina folia, vti iam superius dixi, e regione sibi ad idem quasi costae punctum opponuntur. Et ita quoque fabrefacta & figurata est, quoad folia pimpinella nigra. Quemadmodum tandem in plurimis plantis radices utilitate & nobilitate flores & semina antecellunt, & signum planarum praebent diagnosticum, ita quoque pimpinellae praesertim nigrae radix, quae colore nigro & coeruleo prae alba sese manifestat est attendenda, ex qua sumi potest praecipuum criterium. Haec enim radix constat ex longioribus non modo fibrillis, sed & parte digitali crassitudine aequali, quae ex tuis colorē fuscum & nigrum & intus coeruleum succum coeruleum manantem habet. Et haec quoad colorē circumstantia est optimum pimpinellae nigrae indicans.

Sed hoc ipso inuitamur ad patriam & locum pimpinellae nigrae natalem. Vbi in genere praemittendum est, non videri in uno solo loco hancce crescere, quamvis pimpinella alba in plerisque aliis inueniatur. Locum enim illius quod adtinet natalem, ille est in Marchia & quidem praeprinis Francofurti cis Viadrum, vbi sponte olim Bey denen Nunen item um der großen halben Stadt largiter crescebat, optime obseruante D. Carl. Aug. de Bergen in Flor. Francof. Cum autem tabernarii & destillatores Francofurtenses illa ad suas vitae aquas colorandas hactenus vterentur, ea quantitate in dictis haud reperitur locis, sed a pharmacopolis colitur in hortis. Interim duobus vel tribus milliaribus a ciuitate distantibus nonnulli sunt pagi, in quibus copiose haec planta radicibus multis & indiuis progerminat & adnotante D. Ant. Phil. Queitschio Medico Francofurtensi famigeratissimo, Fürstenwaldae, Freyewaldae & in aliis

Bo-

Borussiae crescit tractibus. Omnem quidem nauauerimus operam, an aliis in locis illa inueniatur, sed nullam deprehendimus, nisi circa Zwickauam in Saxonia, ubi illam partitum vidimus. Quare aliorum potest transplantari, vii B. D. Aug. Fr. Waltherus Prof. Lips. & D. Laur. Heisterus Professor Helmstadiensis celeberrimus in hortis suis botanicis experimentum fecere & plantam hancce coluere. Et radice illius recenti & semine a B. D. Andr. Ottom. Goeliche Medico Francofurtensi olim acceptis in alueolum seminauimus atque plantauimus, ex quibus plantas quamplurimas cum floribus & seminibus maturis acquisiuimus. Alias amat terram nigrā & lurosam, quare in pratis, vineis, ageribus & aliis locis inuenitur incultis. B. D. Iob. Heiir. Schulz Prof. Hallens. in dissert. de Chamaemelo scribit §. 8. p. 19. Pimpinella coerulea per Marchiam frequen-
tissima est, nullibi autem reperitur, nisi vel in coemeteriis vel istiusmodi locis, quo iumenta frequentius pelluntur a rusticis, quaeque ab iis copiosius stercorantur. Semen, vt mox exsur-
gat & prodeat, in locum versus austrum & a septentrione remo-
tum est spargendum, postea radices adhuc tenerae autumno
in sequenti in locum versus septentrionem sunt transplantan-
dae, vbi sese hac ratione optime propagant.

§. 199. 8.

Vt ut autem vnicuique plantae suum anni & mensis tem-
pus est proprium, quo flores emittit & producit, ita quoque
pimpinella nigra tale haberet. Tempus enim floredi quod con-
cernit, illud est mensis Iunii & Iulii, vbi floribus albidis &
quandoque aliqualiter rubescientibus prouenit, qui si flaccescen-
tes decidunt tandem mense Augusti in semen abeunt. At enim
vero quamquam tempus peculiare est plantis, quo flores pro-
ferunt, illi tamen non colliguntur, quia in medicina haud ad-
hibentur, hisc radix eius, quae melior atque efficacior praे il-
lis, certo tempore effodiuntur & colliguntur, id quod sit mense
Maii. Credimus nimurum omnino, maiorem succi vertatem
inueniri in radicibus, quae vere effodiuntur, quam aurumno,
licet

licet alii autumnum ad eruendas radices praferant, optime sen-
tiente Petr. Andr. Matbiolo in praefat. ad oper. Dioscorid. Radi-
ce hac dehinc e terra conuenienti tempore & ineunte vere eru-
ta & ab immunditiis mundata in frusta discinditur & in loco
vmbroso optime exsiccatur, qua ratione eius vis & efficacia diu
conseruari potest.

J. 9.

Prius vero quam ad usum pimpinellae nigrae varium spe-
cialius enarrandum accedamus, de principiis illius agendi seu
particulis eandem constituantibus, a quibus agendi vis illa pen-
det earumque temperie & crasi, qualiter nemppe odor, color, sa-
por & chymia denique ipsa cognoscenda nobis exhibent tra-
stabimus. Ex quibus ergo coagmentata nostra sit planta &
quaenam eorundem reperiatur proportio indagandum erit.
Quo aureo eo felicis finem suum obtineat Medicus, omnia
tam externa quam interna perscrutatur. Sic rimatur, quae in
sensus cadunt, vider, quid color, odor & sapor cum ratione
qualitatis & applicationis ad corpus humanum commonefa-
ciant. Porro chymiam in subsidium trahit, eaque mediante dis-
gregat particulas hoc vel illud constituentes, ex quibus & aliis
praemissis suum deinceps formet ratiocinium. Quod itaque in-
ternam physicam mixtionem & principia pimpinellae nigrae
respicit constitutiva, planta illa & praesertim eius radix ex
pluribus constat particulis oleoso-sulphureis, paucis salino
alcalinis & copiosis terrestribus, id quod prius ex odore sua-
vi & colore nigrescente coeruleoque, posterius vero ex sa-
pore dulci & aromatico miti est iudicandum. Oleofae enim
& sulphureae partes ex aqua illa saphirina & oleo per alem-
bicium transmillo eleganter instar chamomillae romanae coe-
ruleo sunt manifestae. Nam si spiritum vini radicibus infun-
das & destillando inde auoces spiritum saphirino elegante col-
lore imbutum acquires, id quod Iohannes Sigismundus Elsbol-
zius in destillatoria curiosa c. 13. primus adnotauit. An feme-
nus plantae, si destillationi subiiceretur, etiam coeruleum sit

C

da-



daturum oleum vix dubitamus; sed experiendi occasione de-
stituti nihil pro certo affirmamus. Interea nondum legimus
praeter haec duo vegetabilia chamaemelum & millefolium dari
alia, quae oleum saphirinum largiuntur. vid. B. D. *Iob Heinr.*
Sebulzii Prof. Hallens. diss. de Chamaemelo, & B. D. *Fr. Hof-*
manni diss. de Millefolio. Si radix pimpinellae nigrae ulterius
igne eliquatur chymico extracti oleoso resinoso-sulphurei uncia
femis, salinarum particularum drachmae tres terrestrium par-
tium nouem acquiruntur drachmae.

§. 10.

Declaratis ita sensibilibus praecipuis pimpinellae nigrae
qualitatibus, nobis incumbet, ut antequam ad producta &
composita ex eadem digrediamur, prius virtutes eius singu-
lariter luctremus & ad facultates medicas explicandas progredia-
mur. Quippe qui aliquod compositum est facturus omnium
simplicium pharmacorum vires nosse oportet, dum qui eas no-
verit, eis etiam, quae ab aliis composita sunt, recte vtetur.
Virtutes itaque & effectum huius plantae quod attingit, illa
ob particulas oleoso-sulphureas & salino-alcalinas fixas balsami-
cam non solum possidet vim & efficaciam, sed & simul corru-
ptionem refraenat putredinosam, dum sanguinem mundificat &
impuras particulas ex humoribus separat perque vias ordinarias
praesertim vrinam & sudorem excernendo & eliminando eu-
cuat. Praeterea ebullitiones & effervescentias sedando sangu-
inem demulcit & quasi edulcorat. Pro optimo itaque & securissi-
mo remedio diureticu & diaphoreticu vt & alexipharmacu,
quod longe melius & mitius aliis stimulantibus salino alcalinis
volatilibus medicaminibus operatur planta haecce est censenda.
Quare interne variis in affectibus vt demulcens, resoluens &
apophlegmatizans remedium deprehendimus egregium. Quippe
mucum viscidum tam in capite praesertim sinubus cerebri
stagnantem, quam in vasis pulmonum minimis subsistentem
attenuando & resoluendo promovit. Hinc in coryza alisque
affectibus catarrhalibus & pectoralibus, tussi & asthmate tam
hum.

humido, quam sicco optime sese gessit. In odontalgia quoque
 symptomatica acrimoniam illam sanguinis impuram in dentibus
 stagnantem & illorum nervos titillantem extemplo discussit, do-
 loremque inde leniendo sedauit. In parhematibus porro rheu-
 matico arthriticis & praecipue malo ischiatrico & podagrico, vt
 insigne leniens & sedans obseruauimus remedium. In morbis
 tandem seri & lymphae, vt achoribus infinitum, scorbuto,
 scabie & primo luis venereae gradu tanquam mundificans san-
 guinem optimum inuenimus medicamentum, dum impurita-
 tes illas exsiccando & purificando sine noxa ex sanguine depu-
 lit miraque praestitit. Deinde in calculosis & nephriticis adse-
 cibus ut specificum cum *Elsobazio* experti sumus medicamen-
 tum. Postea in morbis vterinis praefertim eorum impuritati-
 bus & stagnationibus fluore nimirum albo & suppressione men-
 struum, vt aperiens, & emmenagogum praeclarum adnotauimus
 remedium. Item in malo hysterico & hypochondriaco aliisue
 spasmis visceralibus v. g. colica tam simplici, quam haemor-
 rhoidali, vt securum anodynum animaduertimus medicamen-
 tum. In staribus quoque subsistentibus dissoluendis & dissipan-
 dis praestanda praestitit. Ad appetitum excitandum & conco-
 ctionem primariam & secundariam adiuuandam suum plenarie
 contribuit. In morbis deinceps malignis & contagiosis, febri-
 bus nimirum putridis & exanthematicis v. g. variolis, morbil-
 lis, purpura & petechiis antidotum quasi fuit securissimum,
 dum omnem malignitatem & impuritatem sanguine expulit,
 a corde depulit perque loca se- & excretoria praeprimis vri-
 nam & sudorem ablegauit. In grauidarum terminoso-flatulen-
 tis pathematicibus & inde metuendo abortu velaliis periculis mi-
 tigandis & soviendis valet omisis aliis embryonum balsamis,
 aquis vita mulierum, elixiriis vterinis aromaticis calidis carni-
 natius, hinc etiam in doloribus nothis seu spuriis partus pau-
 lo ante vel sub partu prodest & veros promouet. Ad secundi-
 nerum foetusque mortui exclusionem facilitandam commen-
 datur. Ad fluxum lochiorum sine insigni exagitacione prope-
 modum non contemnendi vius est haec radix. Ultimo in tu-
 C 2 mori-



moribus oedematoso-hydropicis praelestertim anasarca, visceribus adhuc saluis, ut excellens & specificum vidimus remedium, dum serum in abdomen & pedibus stagnans resoluendo dissipauit, perque emunctoria consueta & necessaria depositus viscerumque tonum labefactatum restituit. In gonorrhoea mundificandi, resoluendi ac expellendi, qua praedita est facultate, bene se gerit. Contra tremores artium a mercurialibus medicaminibus ortos laudatur. In lue venerea mirum in modum extollitur laudibus, ut eam e fundamento curet, si per quatuor quinte vel sex septimanas pro gradu statuque morbi adhibeat, coniuncto purgantium & sudoriferorum simul usu. Quod haec radix sedativa & anodyna virtute alteram vulgarem albam longe supereret, clarum habemus testimonium D. Gobii in manuduct. ad praxin clinic. Norimbergae edita.

§. 11.

Lustrauimus iam nostrae plantae usum internum, superest igitur, ut paucis tantummodo verbis agamus de usu eius externo, cum satis etiam ille amplius sit. Nam sicut internus usus admodum efficax existit, ita & externus plane egregius est, dum ob eadem principiis balsamicamque lenem virtutem nervos irritatos placat, impuritatemque humorum purificat, tonum ad aequilibrium reducit & disunitas partes consolidat. Quippe in vulneribus ad sanguinem fistendum, in visceribus antiquis manantibus ad ea exsiccanda & in affectibus cancroideis fistulosis & venereis ad illos sanandos & depurandos cum fructu adhibetur. Egregiam quoque exercit efficiaciam in tumoribus externis discutiendis inque pedum oedematibus atque erysipelaceis malis dissipandis. Imo decantatissima eius est vis in fauicium vitiis & tam in simplicibus anginodeis, quam venereis usurpatur affectibus.

§. 12.

Cum hodie praecipue a Medico pratico requiratur, ut non solum cito & tuto, sed etiam iucunde curet. Itaque omne stu-

studium omnemque operam in eo collocare debet merito, ut
 medicamenta quae vel cruda exhiberi non possunt, vel aegro-
 tis ingrata & nauseosa existunt per praeparationem congruam
 in iucundam formam redigantur, atque ita palato gratiora & ad as-
 sumptionem aptiora reddantur. Et cum idem de pimpinella ni-
 grâ dicatur, quod nempe per se exhibita non aequo palato blan-
 diatur, hinc consultum erit, illam vti feras est qualitatum ra-
 tione, ita & praeparationum copia superbientem iam inuestigare.
 Vegetabilium quidem usus in substantia a non paucis hodie re-
 iicitur, cum putent, illa nauseosum obtinere saporem, dum
 ob nimiam dosim nauseam excitant; At enim vero pimpinella
 nostra nigra licet aliquo modo ob copiam, si in substantia adhi-
 beatur, si nauseosa, in pulueribus ramentum praeprimis tragaeis ra-
 diis puluerisata usurpari potest, vbi non ita excitat nauseam. Hinc
 praeparanda & propinanda est ea sub forma Essentiae. Circa extra-
 ctionem autem illius tenendum est, quod haec peculiari methodo
 & enchiresis in furno chimico singulariter constructo sit praepa-
 randia, nec simplex frumenti spiritus, vti in extractione Essentiae
 pimpinellae albae sumendus, sed aliud penetrantius ad funden-
 dum menstruum, vt partes oleofae sulphureae, quas nigra pree-
 alba possider, eo melius & citius eliciantur, cui extractioni fo-
 lia quoque singulariter exsiccata & praeparata adiungimus &
 ita essentiam saturatiorem & effectu praeflantiorum inde acqui-
 rimus. Interea folia & radix exsiccata in infuso theiformi & de-
 coctis in diversis cum fructu adhibetur morbis. Herba enim
 illius tanquam infusum theiforme praeferunt in grumis sanguini-
 nis post haemoptyeos paroxysmum relictis resoluendis abster-
 gendas & ad exirum disponendis, item in chronicis pectoris ad-
 fectionibus seroso-nempe mucidis stasibus laudatur. In decocto
 cum radice sarsaparilli, usurpatu herba & radix in gonorrhœa ex-
 hibita bene se gestit. Radicem & herbam sub forma decocti cum
 vino parati & per aliquot dies usurpati in noxis a mercurialium
 cum interno tum externo abusu in luis venereae curatione obortis
 optimam & efficacissimam vidimus. In calculo ad frangendum
 illam & expellendum commendatur herba sub infuso. Si her-
 ba



ba & radix decoquuntur & sub gargarismatibus usurpatur, egriae sunt duae illae species in faucium vitiis. Aqua etiam illa coerulea destillata vehiculi loco, ut in ea lithontripica medicamenta diluantur & porriganter ad calculum pellendum adhibetur. Oleum illud saphirinum ut anodynun in doloribus pleuriticis sopiendis laudatur. Aqua tandem illa vitae saphirina ut optimum carminativum a Francofurtenibus bibitur. Exterae vero vel Essentiam praeprimis cum Essentia Myrrhae & Balsamo Peruiano commixtam in vulneribus & ulceribus depurandis vel folia & radices eiusdem sub speciebus discutientibus & resoluentibus in forma saccularum ad tumores dissipandos cum euphoris exhibuimus. At maxime decet proportionem nec in excessu nec in defectu peccantem semper feruare.

§. 13.

Quid pimpinella nigra in morbis efficiat & praefert tam interne, quam externe sequentes casus in praxi medica adnotati & obseruati id attestantur, quos iam nunc recensebo.

CASUS I.

De Achoribus & Tinea.

Puella IV. annorum, cacochymica ob immunditium & negligentiam matris achoribus & tinea laborabat vehementer, ita ut totum non solum caput: sed & frontem, nucham & collum occuparet. Ego in consilium vocatus, dedi Essentiam pimpinellae nigrae saturatam largiter in die sumendam, cui etiam adiunxi laxantia lenja & vnguentum ex Vngt. Rosac. Nicotian. pulu. rad. Pimpin. nigr. & ol. tart. per deliqu. concinnatum quae medicamina tandem cum succello & absque noxa sanarunt & exsiccarunt achores atque tineam.

CASUS II.

De Eresypelate suppurato & exulcerato.

Sutor XXXV. annorum sanguineo-phlegmaticus & constitutionis corporis carnosae eresypelate frequentius in pede sinistro

nistro est correptus, & cum externe ineptis tractaret remediis, illud mutabatur in vlcus, quod iterum consolidatum varia sym-
promata catarrhalia & ophthalmica inde produxit, ita ut per
semestre & ultra valetudinarius factus sit. Mordet tandem illum
in pedem sinistrum canis rabidus, id quod inflammationem
eresypelaceam recrudescit & febrim post se trahit pleuritico-
catarrhalem. Varii quidem medicaminibus usus empiricis tam
externis, quam internis pathemata paululum leuat, sed non
sanat. Hinc ea omnia lipothymia sequitur, dolor & inflamma-
tio pedis exasperatur, & motus febribus augentur. Cataplasma-
te tandem emolliente vtitur, quod circa suram facit abscessum,
ita ut ex illo aperto materia purulenta ad mensuram semis egre-
diatur & ita vlcus manans foetidum per aliquot temporis spa-
tium effomerit. Ego consultus pimpinellam nigrum interne &
externe tam in substantia & puluere, quam in Essentia ad pu-
rificandum sanguinem adhibui, quae etiam omnia pathemata
interna profligavit, vlcus mundificauit & consolidauit & ita pe-
dem in integrum statum restituit.

CASUS III.

De Arthritide vaga.

Mulier XLII. annorum sanguineo phlegmatica & plethori-
ca, ob praematuram mensium cessationem venae sectionem ne-
glectam & vitam sedentariam in varia incidunt pathemata vel hy-
sterica, vel febrilia & catarrhalia, quibus sese adiunxerunt ar-
thritis vaga & haemoptysis, quod prius aegrotam ita vexauit,
vt spasmodici dolores vel in artibus superioribus vel in infe-
rioribus, vt capite, nucha, brachiis, manibus & pedibus cir-
cunhuagerentur. Ego in consilium adhibitus praeter potionem
ex aquis destillatis diapnoicis puluere succin. praeparat. antimon.
diaphor. & puluere rad. Pimpin. nigr. praeparatam & fyr. Cort.
aurant. edulcoratam, Essent. quoque Pimpin. nigr. diligenter
fumendam praefcripsi. Quibus postea aliquot hebdomadibus
zegrotam sanavi & motus spasticos vagantes sedauit, vt penitus
filarent.

CASUS



CASUS. IV.
De Malo Ischiadico.

Litteratus vir LXXIV. annorum sanguineo-phlegmaticus & corporis habitus spongiosi & carnoi vitae sedentariae & diaetae laudae deditus alias haemorrhoidarius, ob venae se-
ctionem neglectam & alias solitam in malum incidit ischiadicum, cui haemorrhoides coecae, tenesmus, obstruētio alii,
tussis & motus febriles sese ad sociarunt. Ego consultus dedi
Essentiam pimpinellae nigrae, puluerem temperantem & ano-
dynum externe autem dorso dolenti applicui Emplastrum ex
Empl. saponat. camphor. Barbett. Galban. croc. Tacamah. &
opio praeparatum & ita feliciter sanavi.

CASUS V.

De Malo Hystericō exacerbato cum abscessu in inguine.

Matrona LXVIII. annorum, temperamenti cholericō me-
lancholici constitutionis corporis macilenta, ob praematuram
menstruum cessationem, infelix puerperium, moerorem & ira-
cundiam pathemaribus hysteris vehementibus in doloribus ca-
pitis, dorsi & lumborum cum cardialgia, angustia praecordiorum,
vomitu, appetitu depravato & fluore albo constantibus,
per multos annos adfligebatur, quibus diuersa est incassum
opposuit remedia. Meum tandem implorans consilium & auxi-
lium, praeter alia Essentiam etiam Pimpin. nigr. cum Ess. castor.
mixtam diligenter propinai, quibus effeci, ut in latere sinistro
circa regionem inguinalem tumor instar oui durus & dolorifi-
cus appareret. Qui cataplasmatibus & emplastris emollientibus
tractatus & maturatus largam materiae copiam emisit, ut
omnium pathematum hystericorum exoptatus factus sit finis.

CASUS VI.

De Cararro suffocatio.

Sartor vir LI. annorum, sanguineo-melancholicus & ple-
thoricus vehementibus doloribus spasmotico-arthritis in bra-
chio

80000

chio dextro haec tenus vexatus, medicamento externo illos aliquandiu sedauit. Natura quidem coryzam fluentem producebat, cum autem illa iterum regimine frigido impeditur, hanc catarrhus suffocatius & febris vehemens catarrhalis cum stertore & raucedine consequitur, ita ut omnem aerem in respirando adimeret. Ego in consilium vocatus, Essent. Pimpin. nigr. frequentius sumendam, infusum theiforme ex fol. & rad. Pimpin. nigr. & flor. arnic. paratum diligentius forbendum & gargarisma ex flor. Malu. Rosar. rubr. Salu. rad. & fol. Pimpin. nigr. & Mell. Rosar. saepius injiciendam adhibui. Quibus medicaminibus aegrotum intra tres septimanas feliciter restitui, ita ut sanus perfecte sit ac saluus.

CASUS VII.

De Hydrope anasarca.

Literatus vir LXVIII. annorum, cholericico-melancholicus, corpore macilentus, ob motum corporis alias suetum praesertim iuuenilibus annis sanus, ast ob vitam sedentariam haec tenus perfectam valetudinarius factus est. Quippe in tussim stomachalem & malum hypochondriacum incidit. Natura quidem haemorrhagia narium, sputo cruento & diarrhoea aequinoctialis quae suuit opem, sed impediuntur illae salubres excretiones medicamento quodam styptico & adstringente ab empirico commendato. Hoc statim post se trahit tumores pedum oedematosos, respirationem difficultem & tussim vehementem. Tumores tandem ad femora usque scrotum, manus & faciem progreendiendo, hydrocelen non modo, sed & hydropem anasarcam cum siti, appetitus defectu, obstructione alui, suppressione vrinæ & febre lenta progenerant. Ego in consilium accersitus Essent. Pimpin. nigr. cum TR. eti tartarifat mixtam, nec non puluerem ex Rad. Pimpin. nigr. Vincetox. & Rhabarb. praeparatum imo externe fusculos ex rad. & fol. Pimpin. nigr. aliisque herbis discentientibus consarcinatos frequenter calide usurpandos commendaui, quibus non solum vrinam & sudorem prolicui,

D

sed

sed & hydrocelen & hydropem ex partibus superioribus dissipati & ita aegro sanitatem reddidi atque restitui.

CASUS VIII.

De Testiculo venereo.

Pedissequus quidam vir XXXVI. annorum, sanguineo cholericus, constitutionis macilenta, vitae dissolutae & praesertim venereae deditus, ex coitu impuro gonorrhocam nactus est malignam. Et cum hanc variis medicaminibus supprimeret adstringentibus, testiculum venereum magnum cum inflammatione feroci vehementi pro merce inde accepit; aeger meum quarens auxilium, illi cataplasma emolliens ex herbis emollientibus & discutient. quibus folia & radix Pimpin. nigr. addita erant in late decoctum & testiculis inflammati applicitum praescripsi, simulque Essentiam Pimpin. nigr. cum Bals. de Copaua mixtam largius sumendam cum pilulis purgantibus interne ordinavi. Quae remedia testiculum inflammatum & tumefactum non modo discuterunt, sed & omnia symptoma feliciter depulerunt.

CASUS IX.

De Sterilitate ex fluore albo.

Mulier XXIV. annorum sanguineo chollerica & plethorica, tribus annis iamiam nupta & adhuc steriles, ob mensum irregularitatem & fluorem, quem aliquandiu passa est album, in pathemata simul incidit hysterica, quae mihi aperuit & hinc consilium meum imploravit. Ego praeter pilulas polychrestas Hallenses frequenter sumendas Essentiam Pimpinellae nigrae propinuai, simulque infusum rheiforme ex rad. & foliis Pimpinellae nigrae consarcinatum adiunxi. Quibus effeci, ut non solum uterus purgaretur, menes in ordinem redigerentur, fluor albus depelleretur & foecunditas plenaria produceretur, cuius filii & filiae postea enixa sunt testes.

CASUS

CASUS X.

De Variolis malignis confluentibus cum purpura alba.

Puer IV. annorum corporis habitus pleni in variolas incidit epidemice grassantes, cum quibus se se adsoiant aestus, respiratio anxia, appetitus defectus, lassitudo membrorum atque delirium. Illis quarto die erumpentibus paruae admodum non modo, sed & copiosae efflorescent, ita ut totam faciem, petus, dorsum, manus & pedes occupent. Ego consultus potionem diacono - temperantem praescripsi. Illis postea in suppurationem abeuntibus partim ybique confluent, partim vesiculas magnas in manibus & pedibus generant. Cum autem suppuratione lente procederet, aliaque grauiora symptomata praeprin-
sis sitis, inquietudo, aestus & phantasiae accederent, ad suppurationem promouendam ordinavi Essentiam pimpinellae nigrae, qua tandem effeci, ut tam insigniter maturarent, quam feliciter exficarent. Purpura quidem alba his ultimo succedebat, sed nihil periculosi post se relinquebat. Cum simul ulcera mananta & exedentia ex copiosis variolis profunde suppurantibus & confluentibus in manibus essent ac pedibus, illa puluere externo ex radice & foliis pimpinellae nigrae, Gummi Myrrh, & Mastich, constante inspergendo penitus exficau & sanau.

CASUS XI.

De ulcere manante in genis & mento ex morbillis retrogradientibus.

Puer III. annorum alias robustus & hilaris morbillis corrigitur epidemice grassantibus. Exanthemata quidem morbillosa optime efflorescebant, sed mox retrocedebant. Hisce deinde mox euanescentibus defluxiones catarrhales, tussim nempe siccum, colli stuporem paralytodem, lassitudinem membrorum, somnolentiam, ulcus manans & exedens in genis & mento cum febricula lenta & vrina nigra relinquebant. Ego in consilium vocatus Essentiam pimpin. nigr. quotidie ter sumen-



dam cum potionē ex aquis destillatis diapnoicis puluere pimpin.
nigr. oc. cancer. ppt. antimon. diaphoret. & syr. flor. Tunic. pa-
rata propinauit. Quibus effeci, vt non solum omnia cessarent
symptomata, sed & vlcera manantia fierent sicca & vrina nigra
mutaretur rursus in colorem citrinum cum plenaria euphoria.

CASUS XII.

De Eresypelate vago vesiculoſo cum purpura alba.

Virgo XVIII. annorum sanguineo-cholerica & plethorica
morbo quodam 1744. autumno epidemice grassante eresypelare
nempe vago vesiculoſo diſto herum ziehende Blasenroſe diuerlos
homines trucidante adſligitur, quod ſequenti ratione fuit manife-
ſtum. Ingens enim exoritur frigus, quod ſummus conſequitur ae-
ftus, enorūs cephalalgia, magna faciei inflatio & inflammatio, qui-
bus non modo veſiculae cancroideae malignae ardorem & dolo-
rem inſignem producentes, ſed & purpura alba ſuccedebant.
Poſtea inflatio & inflammatio in facie derumescebat, & veſiculae
cum purpura inſtar ſquamaram decidebant. Porro collum,
dorſum, brachia & pedes progrediendo eadem ratione, quam
in facie & inflatione & inflammatione & veſiculis & purpura
& ardore, & dolore & deſquamatione occupabat & ita omnes
artus circumvagabatur. Quibus accedebant anxia & diſſilis
respiratio, ſomni defectus, delirium, membrorum laſſitudo,
otalgia & linguae balbuties ſitique inexplibilis. In hoc miſer-
rimo ſtatu meum requiritur conſilium & auxilium. Huic
morbo ferme inaudito praeter medicamina temperantia &
diapnoica praescribebam diligenter Effentiam pimpinellae ni-
grae; externe autem folia recentia Tiliae & pimpinellae, quae
ultimo inflammationem non ſolum & veſiculas malignas mi-
tigabant & exſiccabant, ſed & aegrotam intra viginti duarum
dierum ſpatium reſtituebant & ſanabant. Hac ratione etiam mu-
lier ſimul curabatur.

CASUS

❧ * ❧

CASUS XIII.

De Febre petechiali.

Minister ephyppiarii iuuenis XX. annorum sanguineo-chorericus & plethoricus commotionibus febrilibus 1745. vere grassantibus, vt frigore, aestu, cephalalgia, lassitudine membrorum, respiratione difficulti, delirio & exanthematibus petechialibus constantibus corripiebatur. Ego vocatus in consilium praeter portionem temperantem & diapnoicam ordinavi etiam pimpinellam nigrā tam in essentia, quam in infuso theiformi. Quae medicamina illum habuerunt effectum, vt intra quatuordecim dies aegrotus subsequente haemorrhagia narium larga, alio fluida & sudore sufficienti mederetur.

CASUS XIV.

De Febre pleuritico - peripneumoniaca.

Foemina XXXIX. annorum sanguineo-phlegmatica & plethorica febre pleuritico-peripneumoniaca epidemice aurumno 1746. grassante afficitur, quae frigore, aestu, coryza, dolore capitis & lateris dextri acuto, lassitudine & spasmis membrorum, appetitus & somni defectu, angustia praecordiorum tussique siccā apparuit. Die quarta sputum accedit cruentum & symptomata cum inquietudine & phantasia corrupta fere exasperant. Meum tandem expetens consilium, praeter potionem temperantem & diapnoicam infusum theiforme hb. & radic. pimpin. nigr. & flor. Arnic. paratum cum Essent. pimpin. nigr. diligenter propinabam. Quibus remediis effeci, vt intra undecim dies haec omnia sudor lenis, expectoratio larga, priyalis mus copiosus & purpura consequeretur & aegrota restitueretur.

CASUS XV.

De Coryza stagnante feliciter promota.

Literatus vir LII. annorum temperamenti sanguineo-chorericī vitae sedentariae ob studia & meditationes frequentes de-ditus alias sanus. Cum ineunte vere 1756. ob tempestatem va-



riam vel calidam vel frigidam variæ epidemicæ grassarentur morbi, præsertim tussis, coryza & febres catarrhalis, ille etiam prioribus corripiebatur, ita ut russi sicca & coryza subsistente vehementer adfigeretur, quæ dolorem capitis summum, temulentiam, respirationem anxiam & motus febriles circa vesperam præfertim post se trahebant. Ego consultus diligenter adhibui EEssent. pimpin. nigr. singulis horis duabus in die sumendum. Infusum quoque rheiforme ex rad. Glycyrrhiz. pimpin. nigr. fol. pimpin. flor. Tussilag. & Arnic. constans huius propinuus Quibus remediis id peregi, ut non solum tussis aspera fedaretur, coryza copiosius promoueretur & in phlegmatorrhagiam quasi militaretur, cum excretione larga mucida & salina, sed & aeger plenarie renouareretur.

CASUS XVI.

De duobus calculosis feliciter sanatis.

Vnus est lanarius vir L. annorum sanguineo-cholericus macilentus, qui aliquandiu laborauit ischuria & doloribus lumborum spasmoidicis, vomitu, febrilibusque commotionibus. Huic puluerem me consulto propinuai temperantem & anodynum, EEssentiam quoque pimpin. nigr. fusculos externe exhib. Malu. flor. Sambuc. Chamom. vtr. fol. & rad. pimpin. nigr. paratos & ita aegratum expulsis aliquot calculis cum vrina fabulo-sa feliciter sanavi.

Alter erat puerulus vnius & semis anni, ob suppressionem vrinæ per quinque dies durantem in dolores vehementes spasmoidicos, in inquietudine, commotionibus febrilibus constantibus in cidebat, cui sese adfociarunt partium genitalium & abdominis intumescentiae. Huic interne EEssent. pimpin. nigr. ad guttas duodecim & infusum rheiforme ex rad. & fol. pimpin. nigr. paratum propinuai, externe autem herbam Parietar. & folia pimpin. nigrae in butyro frixas & regioni pubis calide applicitas ordinavi. Ex quibus remediis calculi non solum duo cum copiosa vrina

vrina excrenebantur, quorum vnum magnitudine pisi minoris adhuc sub naturalibus & curiosis conseruo, puerulum autem iterum sanitati restitui.

Sufficient ergo hi casus medico-practici, qui plures defideret & de pimpinella nigra vltiorem cupiat utilitatem & effectum, ille penitorem instituat inquisitionem copiosioraque cumilla faciat experimenta, ybi exoptatum illius experietur finem.

*Epiſtola eis Viadrum Pimpinellae nigrae cauſa
transmissae, cum reſponſionibus hanc ob rationem ex illo loco
acceptis, & ideo huic meditationi medico-botanicae adnixis-*

EPISTOLA I.

ad B. D. And. Ottom. Goelicke Prof. Med. Francof.

VIR EXCELLENTISSIME &c.

Ignoscas mihi benigniter, vt ad Te scribam. Causa enim, quae me literas hasce ad Te exarandas impulit fuit planta, quae Pimpinella nigra seu coerulea nominatur. An illa Tibi nota fit, scire aueo, & vt me huius certiorem facias a Te etiam atque etiam peto. Plantam hancce in Borussia locis & praesertim Francofurti cis Viadrum copiose crescere dicitur, cuius etiam Zornius in Botanologia p. 516. & Blaneardus in Medicina breuibus iniecerunt mentionem. Illam externe nigram & interne coeruleam possidere radicem, folia obscure virentia & flores habere coeruleos perhibetur, & a botanicis Tragofelinum appellari narratur. Maiorem vim & effectum prae pimpin. alba in diuersis morbis exlertere arbitratur & a Chirурgo quodam Schneebergenſi & Purmanno in Chirurgia pro remedio specifico in lue venerea aestimatur & laudatur. Radix eius si per alembicum destillatur, aquam coeruleam transmittere & calicum pellere ab Elsholzio in destillatoria curiosa c. 13. attestatur.

Veram



Veram huius plantae non modo descriptionem, sed & portionem, tam recentis quam e siccatae radicis, ut illam vel transplantare vel accuratius examinare possim a Te postularem, vt perspectum inde haberem, quidquid credit & sentit tam Chirurgus Schneebergen sis, quam alii. Nam sicut benignissimus Deus contra omnes ferme & difficillimos morbos certas plantas creauit, ita quoque contra morbum venereum peculiares & efficaces condidit herbas, quamquam adhuc ignoratas. Pimpinella quidem alba in hoc malo aliquid praefat, si ea in magna dosi & aliquandiu usurparur, attamen hoc malum radicatum non penitus collit. Et credo, pimpinellam nigrum copiosioribus praeditam esse particulis salino incidentibus, quam albam & ideo illa maiores exferere vires praeprimis apophlegmatizantes & mucum aliasque seri & lymphae impuritates euacuare. Tuam ergo de hac re expecto sententiam. Interea vale, mihiique fauere perge, permansurus.

TUI

Vir Excellentissime

Dabam Gerae

d. 4 Jul. 1738.

obseruantissimus servus

L. Iohannes Andreas Harnisch.

RESPONSI O.

L. Iohanni Andreae Harnisch Practico Gerano

S. P. D.

D. Andr. Ottom. Goelicke P. P.

Tibi, Vir Nobilissime, pro literis ad me scriptis maximas ago gratias. Quod pimpinellam concernit nigrum, id quod de illa scripsisti verum est, quam quod verillimum, nempe

pe quod illa olim hic loci in magna reperta fuerit quantitate.
 Ast cum destillatores Francofurtenses animaduerterent, radicem hanc si per alembicum destilletur, coeruleum suppeditare colore, illa in tanta, quanta antea, copia ibi haud reperitur, sed a pharmacopolis colitur in hortis. Descriptionem quam Tu Vir Nobilissime de planta illa mihi suppeditasti in omni quidem re cum illa conuenit, exceptis floribus, qui non sunt coerulei, sed albi instar umbellae & hinc apud botanicos ad umbellatas referuntur plantas. Mitto ergo Tibi Vir Doctissime radicem non solum recentem, vt illam transplantes, sed & exsiccatam, vt cum illa in praxi experimenta instruas: Ad apophlegmatizantia remedia radicem hancce pertinere & hoc intuitu in primo luis venereae gradu quidquam praestare minime nego. An autem in secundo & tertio illius gradu aliquid solidi sit sperandum plane pleneque dubito. Attamen frequentibus & repetitis experimentis an cura eradicativa hanc sequatur, committendum id esse firmissime credo. Vale interim Vir Clarissime & quem amicum Tibi selegisti porro eundem sincero adfesto prosequi ne cessa. Dabam Francofurti cis Viadr. d. 12. Jul. 1738.

EPISTOLA II.

ad B. D. And. Ott. Goelcke.

VIR EXCELLENTISSIME &c.

Per litteras hasce Tibi indico, quod ex pimpin. nigra, quam mihi benigniter transmisisti Essentiam praeparauerim & in diuersis affectibus cum fructu adhibuerim. Illam quidem odore & sapore cum alba conuenire, sed non ita acrem, vt alba esse deprehendi. In doloribus dorsi spasmodicis a calore provenientibus & in fluore albo benigno operi quandam attulit, dum priores demulxit atque leniuit, posteriorem e contrario promovit & ita vixerum ab impuritatibus depuravit. In malo hysterico insigne fuit solatium, dum illud sedauit &

E

miti-

mitigauit. Et in febribus catarrhalibus epidemice etiam gra-
fiantibus adminiculum praebuit certissimum, dum illas excus-
fit atque penitus depulit. Hanc radicem si plurem exsiccatam
accipiam vterius examinabo. Vale & quantocum recribe-
ero interim

Vir Excellentissime

Dabam Gerae

d. 2. Nov. 1739.

deinde hinc in aliis modis ministrare & bei-

zodat quaecumque inservient operari obedientissimus seruus

L. Johannes Andr. Harnisch.

RESPONSIo.

L. Johanni Andreae Harnisch Medico Gerano
salutem & amorem dicit

D. Andreas Ottomar Goelicke P. P. O.

De radice Pimpinellae nigrae Vir Doctissime eaque ex-
siccata nihil mittere possum, quia pharmacopoli omnem fer-
me venundarunt & nullam reliquam habuerunt, hinc illa in
posterum est differenda. Quodsi vterius cum hac institue-
re velis experimenta & Selectis medico Francofurtensibus illa
inserere intendas, id ut derepente agas atque elabores. Tibi,
mi Clarissime Domine Licentiate, maxime commendo, alias
sum sollicitus, ut alius in hac re Tibi praeueniat. Et vt me-
mini, me aliquid de illa in Satyris medicis Silesiacis Tom. VII.
legisse. Vale ergo Vir Nobilissime & me Tibi addicissi-
mum amare perge. Scribebam Francofurti cis Viadrum d. 16.
Nov. 1739.

EPISTO-

EPISTOLA III.

ad B. D. And. Ottom. Goelicke

VIR EXCELLENTISSIME &c.

Cum varia Vir Excellentissime cum pimpinella nigra ha-
stenus fecerim experimenta, exsiccata autem radix iam nunc
mihi deficiat, libram unam ut mihi de hac remittas a Te pe-
to, quia illam accuratius explorandi meus animus, & casus
quosdam medico-practicos Selectis medicis Francofurten-
ibus inferendi mea quoque voluntas est. Desidero simul radi-
ces aliquot recentes, ut transplantare possim, quia priores hy-
mena praecedente gelu perierunt. Vale & vltiori fauore ac
benevolentia me prosequi non desiste. Sum

TIBI

Vir Excellentissime

Dabam Gerae

d. 8. Febr. 1740.

officiorum

L. Job. Andr. Harnisch

RESPONSO.

L. Johanni Andreae Harnisch Med. Gerano

S. P. D.

D. Andr. Ottom. Goelicke P. P. O.

Radicem desideratam Vir celeberrime pimpinellae nigrae
jam nunc mittre haud possum, quia pharmacopoea Gengi-
ensis, ex qua illam accepi, vendita & inventario omnium in
illa contentorum etiam confecto alio tradita est possessori. Re-
centem autem plantam remittere multo minus nequeo, quia ob
intensum frigus & largam niuem, qua terra quasi obtregitur,
fossura illius vel difficilis, vel impossibilis est. Quare illam ut
poste.

E 2

¶

postero expectes tempore tempestate eueniente clementi & temperata vitro Tibi promitto. Interim amare perge eum, qui Te amat serio, Tuisque conatibus omnia fausta appreccatur & felicia. Scribeb. Francofurti cis Viadr. d. 27. Febr. 1740.

EPISTOLA IV.

ad B. D. Andr. Ottom. Goeliche. missib. idem

VIR EXCELLENTISSIME.

Miraberis, unde a tribus ferme annis haeserit commercium litterariorum olim crebrius cum Te frequentatum. Causa fuit tempus illud bellicosum hinc inde obuium, vbi interarma haec tenus maxime siluerunt studia. Sed magnum desiderium, quo flagro litteras Tuas Vir Excellentissime easque gratas iterum tam videndi quam abillis profundi, silentium hocce procrastinandi non permitit. Quare illas iamiam ad Te mitto & libras duas radicis pimpinellae nigrae exsiccatae mihi a Te excepto, ut experientia rursus cum illa instruere possim. Semen quoque illius maturum ad seminandum simul expecto, ut videam, an in nostris crescat locis. Vale Fautorum optime, mihi que in posterum fauere perge. Sum

TIBI

Vir Excellentissime

Dabam Gerae

d. 3 Jul. 1744.

in perpetuum obstrictas
L. Job. Andr. Harnisch.

RESPONSIO.

VIR PRAENOBISSIME

Quum Dominus Professor Goeliche die 12. praeterlapsi mensis Iunii evita migrauerit, eiusque relicta vidua litteras Tuas ad illum die 3. Jul. scriptas respondendas mihi tradiderit, iussa haec,

haec, quantum breuitas temporis permittit procurare etiam libenter volui. Vere aduentura in sequentis anni & quidem mensa Maii quod longissimum erit, si tempestas fauet, radicis pimpinellae nigrae portionem pro Te colligam, quia illa vere e terra effossa viribus superior est, quam illa autumno eruata. Alias pimpinellae huius nigrae hircinae duae sunt species maior & minor, vti alba, quam differentiam nullus botanico-rum adnotauit, licet hanc in alba obseruauerint & albam & nigram ab italica seu sanguisorba pimpinella bene distinxerint. Interea radix tam maior quam minor viribus & effectibus est aequalis. Semen desideratum, quod apposui, est de specie pimpinellae minoris quae copiosior crescit, quam maior. Vale interea cum Tuis ad votum arque fauorem veterem litterarum ulteriori continuato commercio conserua, meque Tui obseruan-
tissimum amare perge permanfuris.

TUI

Vir Pregenobillissime

Dabam Francofurti
civ Viadr. d. 17. Nov. 1744.

paratissimus
D. Ant. Philipp. Queitsch Med. Leg.

EPISTOLA V.

ad *D. Ant. Philipp. Queitsch Med. Francof.*

VIR AMPLISSIME AC EXPERIENTISSIME &c.

Mors B. Domini Professoris Goelicke non leue mihi inflxit vulnus, id quod maxime doleo & ferme ipsam morrem, si Deo placuerit, concupisco, dum virum non solum benevolum & eruditum amisi, ex quo multa profeci, sed & magnam indestructuram ob commercium litterarum passus sum, quod alias mihi insignem attulit utilitatem. Ait litteris Tuis iisque gratis

E 3

a Te

a Te praecedente autumno acceptis iterum vigeſco; p̄aep̄imis
cum ex illis perceperim, Te incep̄tū commerciū litterariorū
continuaturū esse. Semen p̄impinellae nigrae, quod mihi
benigniter transmisisti, seminaui, sed non progerminauit &
vti credo, illud vel sterile vel obſolētū esse. Quare foecundius
mihi a Te expeto, vt ulterius inquire possem huius plan-
tae virtutes. Interea quem Tibi amicū ſelegisti, fauore Tuō
in posterū prosequere coep̄tūque commerciū litterariorū
promouere strenue perge. Sum

TIBI

Vir Amplissime ac Experiētissime
Scrib̄eb̄ Gerae
d. 21. Feb. 1745.

quam maxime deditus seruus
Johannes Andreas Harnisch.

RESPONSO.

L. Johanni Andreæ Harnisch Medico Gerano.

S. P. D.

L. Ant. Phil. Queitsch Med. Leg. Francof.

Accepi demum Tuas Vir Nobilissime praeteritis nundinis
Francofurtensibus ad me exaratas litteras. Gratissimae autem
mihi fuerunt, cum constantem singularemque Tuum in me fa-
vorem & affectionem perspexerim. Quare ad illas breui respon-
debo. Quod p̄impinellam attinet nigram, mitto Tibi de illa
aliud & quidem maturius semen, vt ulterius seminar possis.
Et vt illud citius prodeat & melius vireat, fine Aprilis in lo-
cum ferendum est a septentrione remortum, & radicibus crassitu-
dine fili linei productis autumno in locum versus septentrionem
positum, & quidem in terram nigram & pinguem, quam p̄ae-
reli-

reliquis amat haec planta transplantandae, vbi deinde optimè propagantur. Interim vale & me vii strenue facis porro redamare ne cessas. Scribebam Francofurti cis. Viadr. d. 9.
Mart. 1745.

EPISTOLA VI.

ad D. Ant. Phil. Queitsch Med. Francof.

VIR CELEBERRIME &c.

Diu quod voluiimo & debui tandem exsoluo. Caulae autem diuturni mei silentii pene fuerunt occupationes tum domesticae, cum practicæ, quibus quasi sum distractus. Accedit & hoc, quod fauore Tuo tam frequenter abuti neque aequum neque honestum reputauerim. Attamen nullus dubito, quin nouum hoc meum litterarum alloquium boni sis consulturus. De Pimpinella nigra id tantum refereo, quantum hactenus in praxi medica de illa obseruavi. Quippe Essentiam illius in morbo isto ferme tam odioso, quam insanabili malo nempe hysterico usurpauit, illamque egregiam & salubrem inueni. Et quamvis illud non penitus euellerim, attamen aliquandiu levauerim, ut ad tempus siluerit. Radice exsiccata illius iterum deficiente libram unam expectabo. Vale Fautorum colende meque dignum iudicabis amare perge permanensurus.

TUI

Vir celeberrime,

Dabam Gerae:

d. 10. Febr. 1750.

fidelissimus seruus,

L. Iohannes Andreas Harnisch.

RESPON-

RESPONSIO.

L. Johanni Andr. Harnisch Medico Gerano

S. P. D.

D. Ant. Phil. Queitsch Med. Leg. Francof.

Maximopere miror Vir Nobilissime, responsoriartum Tuarum tarditatem, dum anni forsan quinque iamiam effluxerunt, in quibus litteras Tuas gratas diuque exoptatas haud vidi. Et ab eo tempore quo illas videre mihi contigit, non tantum magni aestimauit, sed & litterario commercio Tecum iterum frui, calamus exemplo arripiui, ut rescribam. Nam quo rariora eo cariora. De radice pimpinellae nigrae breuiter Tibi significo, illam in itineribus meis praeceps Freyenwaldae & Fürstenwaldae aliisque vicinis locis, quos nostri rhizotomi non obseruarunt deprehendisse, ubi copiose & quasi non partitae creuerunt. Quodsi Tibi Vir Nobilissime placeat foeminis rusticis committam, ut aliquor libras illius hoc vere pro Te colligant. Et sicut ipse illam iam inquisui & spiritu vini infusam in flatibus subsiftentibus dissoluendis & dissipandis praesertim autem in spasmis visceralibus, ut colica & malo hypochondriaco optimam & efficacem vidi, ita quoque ad vteriorem inuestigationem eam colligam. Quod ut valeas, vir Nobilissime vale meque inter Tuos habere perge. Dabam Francofurti
cis Viadr. d. 24. Febr. 1750.

RESPON



Dipow Gste
470.1.5p. 1220

00 A 6419



5b.

29. Sten Handschrift

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



MEDITATIONES BOTANICO-MEDICAE

D E

PLANTA QVADAM MARCHIAE PROPRIA

PIMPINELLA NIGRA,

QVIBVS DEMONSTRATVR,

ILLAM IN MVLTIS MORBIS INSIGNEM POSSI-
DERE VIRTUTEM ET EFFICACIAM, PER TRACTATAE
ET EDITAE

A

L. IOHANNE ANDREA HARNISCH

MED. PRACT. GERAN.



LIPSIAE

Sumtibus HAEREDVM LANKISIANORVM

CIOCCCLVIII.